Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

Commemoratio sancti Pauli

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

dicta epistola inter vera. Attende miracu-
lum unde prodigium sit in Thimotheo dicit la-
mentationis ipsorum. Nam presto fui in
tempore separationis ipsorum. Post mortem autem
eorum vidi eos invicem manum ad manum
intrantes portas urbis et indutos veste
luminositatis et luce ornatos. Hec Dionysius.
¶ Tempore sancti Cornelii pape Greci fideles
apostolorum corpora furati eadem asporta-
bant. Sed demones in ydolis habitantes
divina coacti virtute clamabant.
Viri romani succurrite quia dii vestri au-
feruntur. Quia per fideles intelligenti-
bus de apostolis, gentilibus vero de suis di-
is. Multitudo adunata fidelium et infideli-
um illos persequitur. Unde Greci timentes
timentes apud cathecumbas apostolorum cor-
pora in puteum proiciunt. Sed a fidelibus in
postmodum sunt extracta. Sed cum dubita-
retur que ossa essent beati Petri et que beati
Pauli, orantibus fidelibus et ieiunantibus respon-
sum est eis de celo eis. Responsum fuit ma-
iora sunt ossa predicatoris, minora vero
piscatoris. Et sic ossa ab invicem sepa-
rant et in suis ecclesiis quas cuilibet dedi-
ficaverant posuerunt. ¶ Alii vero dicunt
quod Silvester papa volens ecclesias consecrare tam
magna quam parva, simul cum reverentia pon-
deravit et medietatem unam ecclesie et me-
dietatem in alia collocavit. ¶ Dicit au-
tem eadem die et hora passi sunt, non tamen uno
de loco passi sunt. Hec dicit ergo quod ambo
Rome passi sunt. Et nota quod Ysidorus et alii
sancti qui de hoc tractant, multi concordant
quod eodem die et anno passi sunt. Sic etiam mani-
feste habetur exempla Dyonisii. Et sicut
dicit Leo in quodam sermone non sine causa factum
putamus quod uno
die in uno loco unius tyranni tole-
raverunt sententiam. In uno die ambo passi

sunt, ut ad Christum pariter pervenirent; uno loco,
ut alteri Roma deesset; sub uno persecutore,
ut equalis crudelitas utrumque constringeret.
Dies quidem pro merito, locus autem pro gloria, perse-
cutor devictus est pro virtute. Hec Leo. ¶ Licet
eadem die passi sunt, ordinavit tamen
Gregorius, ut ipsa die specialius fieret quo
ad officium sollempnitas Petri, et in sequenti
die fiat dedicatio ecclesie sancti Petri. Tum quia
maior est dignitate, tum quia prior conversio-
ne, tum quia primatum obtinuit Rome. Commemoratio

Sancti Pauli

Paulus interpretatur os tube, vel os eorum, vel mirabile seu electionis,
vel Paulus a paula, quod est requies, vel dicitur
modicus latine. Per hoc intelliguntur sex pre-
rogative quas habuit Paulus pre ceteris
apostolis. ¶ Primum est lingua fructuosa,
quia ab Ylirico usque Ierusalem replevit ewangelium,
et ideo dicitur os tube. ¶ Secundum caritas vis-
cerosa, quia dicebat: Quis infirmatur et ego non infirmor?
quis scandalizatur et ego non uror? et ideo dicitur os, scilicet cordis eorum, ipse enim dicit
2 Cor. 6: Os nostrum patet ad vos, o Chorin-
thii, cor nostrum dilatatum est. ¶ Tercium est conversio
miraculosa, et ideo dicitur electionis mirabile,
quia mirabiliter electus et conversus fuit.
¶ Quartum est manus operosa, et ideo dicitur electionis, nam
electio meruit quando elegit suis propriis manibus sump-
tus acquirere et incessanter predicare.
¶ Quintum fuit contemplatio deliciosa, quia
raptus est usque in tertium celum, et ideo fuit
dictus requies, quia in contemplatione exigitur
requies mentis. ¶ Sextum humilitas virtuo-
sa, et ideo dicitur modicus. De hoc autem nomine
Paulus sunt tres opiniones. Origenes
vult quod semper fuit binomius et sic si-
mul vocatus Paulus et Saulus. Saulus a Saul rege Saulus
superbo, sed post visionem vocatus est
Paulus, quasi parvulus a modico et hu-
militate mentis. Unde et nomen suum interpretando
dicebat: Ego sum minimus apostolorum et cetera.

Rabanus autem et beda uult quod dictus sit paulus a sergio paulo proconsule quem conuertit ad fidem. ¶ Passionem sancti pauli linus papa conscripsit.

Paulus apostolus post De nomine suam conuersionem multas persecutiones passus est quas hylarius breuiter enumerat dicens. ¶ Paulus apostolus in philippis uirgis ceditur, in carcere ponitur, et ligno pedibus affigitur. In listris lapidatur. In yconio et thessalonica ab iniquis persequitur. In ephesum feris datur. In damasco per sportam a muro deponitur. In ierusalem sistitur, ceditur, ligatur, obsidetur. In cesarea clauditur, criminatur. Nauigans in ytalia periculo dirigitur. In romam ueniens sub nerone iudicatur et occisus finitur. Hec hylarius. ¶ Apostolatum inter gentes accepit. quendam contractum in listris erexit. iuuenem qui de fenestra ceciderat et expirauerat suscitauit. et multa alia miracula fecit. Apud militenam insulam uipera manum eius inuasit. Sed nichil eum lesit. postquam in ignem ipsam excussit. Dicitur quoque quod omnes qui de progenie hominis illius qui paulum hospicio suscepit nascuntur a uenenosis nullatenus leduntur. Unde cum pueri nati sunt in cunis eorum serpentes ponunt ut probent si uere eorum filii sint. Inuenitur in aliquibus quod paulus minor est petro, quandoque maior, quandoque equalis. Sed uera minor dignitate, maior predicatione, equalis sanctitate. ¶ Refert aymo quod paulus a pullorum cantu labori manuum insistebat usque ad quintam horam. deinde predicationi uacabat. ita quod plerumque usque ad noctem sermonem protrahebat. Residuum uero temporis comestioni, sompno et orationi satis necessarium erat. Dum

ueniens uero romam nero cum nondum esset in imperio confirmatus. et quod audiens quod de lege iudeorum et fide christianorum inter paulum et iudeos questio uertebatur non multum inde curauit. et sic paulus quocumque uolebat libere ibat et libere predicabat. ¶ Ieronimus quoque in libro de uiris illustribus ait quod xxv. anno a passione domini hoc est neronis secundo paulus romam uinctus mittitur et biennium in libera manens custodia. aduersus iudeos disputauit. Deinde a nerone dimissus euangelium in occidentis partibus predicauit. Quarto decimo uero neronis anno eodem die quo crucifixus est petrus capite truncatur. Hec ieronimus. ¶ Cuius autem sapientia et religio ubique diuulgabatur et ab omnibus mirabilis habebatur. Multos etiam de domo cesaris sibi familiariter copulauit et eos ad christi fidem conuertit. ¶ Quadam uero die cum paulus circa uesperas in quodam solario predicaret quidam iuuenis nomine patroclus pincerna neronis et multum dilectus ut paulum pre multitudine commodius audiret fenestram ascendit et paululum ibi dormitando decidens exspirauit. Quod audiens nero plurimum de eius morte doluit et statim alium in eius officium ordinauit. Paulus hoc per spiritum cognoscens dixit astantibus ut illuc irent et patroclum dilectum cesaris mortuum ad se deferrent. Quem allatum paulus suscitauit et ad cesarem cum sociis suis misit. Cum ergo de morte eius lamentaretur ecce patroclus uiuens adesse pro foribus nuntiatur. Audiens uero patroclum uiuum quem paulo ante mortuum nouerat plurimum quidem expauit

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

& eũ ad se ingredi reuisauit. sz tã
dẽ p suasu amicor intrare p misit.
Cui nero ait. Paule uiuis? Et ille.
Cesar uiuo. Cui nero. Quis te fecit
uiuẽ. Cui ille. Dñs ihc xpc rex om
niũ sclor. Iratus nero dixit. Ergo ille
regnabit i scla & resoluet õ regna
mundi. Cui patroclus. Etiã cesar.
Tunc nero dedit ei alapã dicens.
Ergo militas illi regi. Et ille. Utiq
militò q me amortuis suscitauit.
Tunc .v. ministri imperatoris qui
ei iugiẽ assistebãt dixerunt ei. Cur
imperator percutis iuuenẽ prudentẽ
& ueraciter respondentẽ. Nam &
nos illi regi inuictissimo militamꝰ.
Quod audiens nero eos incarcerez
reclusit ut nimium torqret quos
nimis q̃uqz dilexerat. Tunc omĩs x̃
anos fecit inquiri & omĩs siñ interro
gatione puniri p ualida tormẽta.
Tunc paulus uinctus inter ceteros añ
neronẽ adductus ẽ. Cui nero. Ergo
magni regis siuus ǰ in autẽ uinctꝰ.
eur milites collegi. Sz ĩ de orbe u
niuso. quibz nr rex dona q̃ nũm
q̃m deficient & que omnẽ exclu
dunt indigentiã largietr. Huic si
sbiectus ẽẽ uolũs. saluus eris.
qui tantẽ extat potentię ut iu
dex omniũ ueniat & huiꝰ mundi
figuram resoluat. Hꝰ audiens ne
ro ~~& nero~~ & ita succensus q figu
ram mundi p ignẽ paulus dixe
rat resoluendam. omĩs xpi milites
iussit igne cremari. Paulũ uo tam
q̃m maiestatis reum capite trun
cari. ¶ Tanta aũt x̃anor occisa
ẽ turba ut ppls romanus pala
cium uirtute irrum pẽt & sedicõez

ǰ colligis de meo regno? Cui paulꝰ. Ego
solũ de tuo angulo. Uo regi milites

q̃ eũ excitare moliens p clamaret.
Pone modũ cesar. tempa occisionẽ
x̃anorũ. quos p dis. romanũ ~~in~~ in
tueritur impiũ. Timens cesar mu
tauit edictũ. ut nullos x̃anos tan
geret. donec imperator de eis plenius
iudicaret. ¶ Quã pp paulus itẽ
ẽ adductus & aspectui neronis ob
latus. Quẽ ut nero uidit uehem
tissime exclamauit. Tollite male
ficũ. decollate ĩpostorẽ. nec sinite
uiuẽ criminatorẽ. auferte de sup fac
ẽ terre mẽtiũ immutatorẽ. Ad q̃ paulus
ait. Nero tempe modico paciar. sz
uiuam etnalr dño i x̃. Nero dixit
auferte abeo caput ut me rege
suo fortiorẽ intelligat q̃ eũ deuicẽ &
uideamꝰ si sp uiuẽ ualeat. Cui paulus.
Ut scias me etnalr uiuẽ post mor
tẽ cũ m caput abscisũ fuit uiuus t
appebo & tunc cognosces q ihc xpc
ẽ dñs uite & nõ mortis. Et his dcis ad
locũ supplicij ducit. Cum eũ ducẽẽt dixe
runt ei tres milites q̃ eũ ducebãt. Dic
nob paule q̃s ẽ ille rex q̃ tm diligis.
q pro magis mori q̃ uiuẽ eligis. &
quale i recedẽ inde habebis. ¶ Tunc
paulus de regno dei & pena ĩferni
adeo eis p̃dicauit q ipos ad fidem
q̃uertit. Cum eũ rogarent eũ ut libe
abiret quo uellet. ait. Frẽs absit ut
fugiam. Non enĩ sũ p fugus sz miles
xpi legitimꝰ. Scio enĩ q p hanc ui
tam transitoriã ad uitam etnã subo
etiã. Mox aũt ut decollatꝰ fuo uiri
& fideles rapient cor meũ. uos aũt
locũ notate & illuc cras mane uen
te. inuenietis iuxẽ sepulchrũ meũ
duos uiros .s. titũ & lucã orantes.
quibz cũ dixeritis q̃ de eũ uos ad eos

nisi ipsi vos baptizabunt et regni
celestis faciant coheredes. Quod cum
loqueretur misit nero duos milites ut
viderent si adhuc occisus esset. Et cum eos
vellet convertere illi dixerunt. Cum mortuus
fueris et resurrexeris tunc credemus huius
que dicis. nunc autem cito veni et quod
meruisti accipe. Cumque ad locum passio
nis duceretur in porta hostiensi quedam
matrona nomine plautille discipula
pauli. que secundum dyonisium alio nomine
dicebatur lemobia que forte bisnia
fuit obviam fuit. que flens se suis
orationibus commendare cepit. Cui paulus
ait. Vade plautilla eterne salutis
filia. commoda mihi velum quo caput
tuum tegis et cum oculos meos ligabo
et post modum illud tibi restituam. Quod
dum sibi traderet irridebant ei carni
fices dicentes. Quid impostori isti
et mago tam preciosum pannum tribuis
ut ipsum amittas. Cum igitur ad locum
passionis paulus venisset ad orientem
versus et manibus in celum extensis. di
uulsime cum lacrimis patria voce ora
uit et gratias egit. ¶ Post hec valefaci
ens fratribus oculos suos de velo plautille
ligavit et utrumque genu in terram figens
collum tetendit. et sic decollatus est.
Mox eius caput a corpore exiliens
ihesum christum nomen sibi tam dulce ex
titit et tociens crebro nominavit hebraice
clara voce insonuit. Dicitur enim ipsum
in suis epistolis christum vel ihesum vel utrumque
quingentis vicibus nominasse. De eius
autem vulnere unda lactis usque in vesti
menta militis exiluit. et postea san
guis effluxit. in aere lux magna
enituit. de corpore eius odor suauissi
mus emanavit. ¶ Dyonisius autem in epistola

ad thimotheum de morte pauli sic dicit.
In hora autem illa tristicie plena frater dilec
tissime dicente carnifice paulo collum para.
tunc beatus apostolus suspexit in celum signa
ens frontem et pectus suum signo crucis
et dixit. Domine meus ihesu christe in manus tuas
commendo spiritum meum. Tunc absque tristicia et compul
sione extendit collum et suscepit coro
nam. Percuciente autem carnifice et ampu
tante pauli caput. tunc beatissimus in ipso
ictu explicavit velum. et collegit san
guinem proprium in velo ligavit eum et
obvolvit et tradidit illi femine et
reverso milite carnifice dixit lemobia.
ubi dimisisti magistrum meum paulum.
Respondit miles. Cum socio iacet extra
urbem in valle pugilum et velo tuo
velata est facies eius. Ipsa respondens
ait eis. Ecce nunc intraverunt pe
trus et paulus induti vestibus precla
ris et coronas fulgentes luce radi
antes habebant in capitibus suis. Et
protulit velum sanguine cruentatum et
monstravit eis. Propter quod ipsi quam
plures crediderunt domino et facti sunt christia
ni. hec dyonisius. ¶ Audiens nero quod sic
contigisset vehementer extimuit et de
hiis omnibus cum philosophis et amicis
loqui cepit. Dum hec inuicem loquerentur
venit paulus ianuis clausis et ante
cesarem stans ait. Cesar ecce pau
lus regis eterni et invicti miles. Vel
nunc crede quia non sum mortuus sed vi
vus. Sed tu miser eterna morte mo
rieris. eo quod sanctos dei iniuste interficis.
Et hiis dictis disparuit. Nero autem
ex nimio timore valde amens effec
tus quid ageret ignorabat et suasu et
consilio amicorum patroclum et barnabam
cum aliis soluit et quo vellent ire

Nero premisit. Illi vero milites scilicet longinus
magister militum et acestus ad sepulchrum
pauli mane venerunt et duos viros
scilicet titum et lucam orantes et in medio eorum me-
dium paulum stantem viderunt. Quos ty-
tus et lucas videntes vehementer territi fu-
gere ceperunt et paulus disparuit. Illi au-
tem post eos clamabant dicentes. Non
ut putatis vos persequimur sed a vobis
baptizari volumus sicut et paulus nobis
dixit quem nunc orantem vidimus. Hoc illi audien-
tes reversi sunt et cum magno gaudio eos
baptizaverunt. Caput autem pauli in quan-
dam vallem proiectum et pre multitudine a-
liorum qui ibi occisi fuerunt et illuc proiecti inveni-
ri non potuit. Legitur autem in eadem
epistola dyonisii quod cum quadam vice fovea mun-
daretur et caput illud pauli cum aliis pur-
gamentis proiectum fuisset quidam pastor illud
in virga sua levavit et iuxta caulas ovi-
um fixit. Vidit autem per tres noctes con-
tinuas ipse et domino suo super predictum lumen in-
effabile refulgere. Quod cum episcopo et fideli-
bus nunciatum fuisset dixerunt. Vere hoc est
caput pauli. Egressus igitur episcopus et uni-
versa fidelium multitudo caput illud detule-
runt et in quandam mensam auream illud ponen-
tes illud corpori coniungere attemptabant. Cum patri-
archa respondit. Nos scimus quod multi fide-
les occisi sunt et eorum capita sunt dispersa. Unde
dubito illud caput corpori pauli con-
iungere. Sed caput hoc ad pedes corporis
ponamus et omnipotentem dominum exore-
mus ut si caput suum est convertatur corpus
et capiti coniungatur. Quod dum omnibus
placuisset caput ipsum ad pedes corporis
posuerunt. Et ecce cunctis orantibus et stu-
pentibus corpus se vertit et in loco suo
capiti se iunxit. Et sic omnes deum benedi-
xerunt et hoc caput pauli veraciter cog-

noverunt. hec dyonisius. Refert gregorius turo-
nensis qui tempore iustini iunioris cla-
ruit quod quidam desperans laqueum sibi
parabat nomen tamen pauli invocans semper
dicebat adiuva me sancte paule. Tunc
affuit quedam umbra squalida hortans
eum ac dicens. Eya bone vir age quod
agis ne moram facias. At ille semper
parans laqueum dicebat. Beatissime
paule adiuva me. Expedito iam laqueo
affuit alia umbra tamquam hominis
dicens illi qui hominem hortabatur.
Fuge miserrime quia paulus advoca-
tus advenit. Tunc squalida umbra
evanuit et homo ad se rediens et laque-
um proiciens penitentiam condignam accepit.
Item in eadem quoque epistola beatus dyonisius mor-
tem pauli magistri sui pius ubique de-
plorat dicens. Quis dabit oculis nostris
aquas et pupillis nostris fontem lacri-
marum ut ploremus die ac nocte lumen
ecclesiarum quod extinctum est. Quis non in-
duet fletum et gemitum aut non vestietur
lugubribus et mente attonitus non ob-
stupescet. Ecce est petrus fundamentum
ecclesiarum gloria sanctorum apostolorum a nobis reces-
sit et nos orphanos dereliquit. Pau-
lus quoque gentium familiaris conso-
latio pauperum defecit nobis et ulterius
non invenietur. qui fuit pater patrum doctor
doctorum pastor pastorum abyssus sapien-
tie fistula altisona predicator veritatis
infatigabilis. paulum dico nobilissi-
mum apostolum. Hic angelus terrestris homo cele-
stis ymago et similitudo deitatis
et spiritus dei formis omnes nos dereliquit.
Nos miseros inopes et indignos in hoc
mundo contemptibili et maligno et
ingressus est ad christum dominum suum deum et
amicum. Heu frater mi thymothee dilecte

aie mee. ubi ē p̄r tuus magr̄ ama
tor. Vñ te ulteus lactabit. Ecce eū
orphanus fcs̄ es ⁊ remansisti solus.
Iam neq̄ q̄sq̄m scribet tibi sua manu
sallima dicens. Fili kme. Ve m fr̄
mi thymothee. Quid h̄ accidit tristi
cie ⁊ tenebraz. ⁊ dampni q̄ orpha
ni fc̄i sumus. Iam ñ uenient ad te
ep̄le eius i quibȝ sc̄ptū sit. paulus
modicus seruus ih̄u xp̄i. Iam ñ scribet
dete ciuitatibȝ dicens. suscipite filiū
meū dilc̄m. Conplica libros ꝓphar.
⁊ signa sr̄ eos q̄ nemine h̄re interp̄
te. pabolaꝝ ⁊ padigmatū ⁊ eloqoꝝ
ipoꝝ. Dauid ꝓpha plangebat filiū
suū ⁊ dicebat. Ve m p̄r fili mi. Ve
m ē aūt. Ve m magr̄ mi. Ve m. Iam
de cetero cessauit cursus discipulo
ruoꝝ romā uenientiū ⁊ querentiū
nos. Iam nemo dicturus ē eam ⁊ in
deam doctores nr̄os ⁊ ī ec̄o geni eos
q̄liter rege ecclas nos oporteat nob
cuīllas. ⁊ interp̄tabūt nob eloquia
dn̄i ih̄u ē ⁊ eloquia ꝓphaꝝ. Ve ue hu
filius fr̄ mi q̄ p̄uati s̄ p̄re sp̄uali. q̄bȝ
p̄uatus ē grex. Et ub ⁊ fr̄ ue q̄ p̄ua
ti sum magr̄is nr̄is sp̄ualibȝ q̄ colle
gerūt intellectū ⁊ sc̄iam ueter ⁊ no
ue legis ⁊ colligerūt ī suis ep̄lis.
Ubi ē cursus pauli ⁊ labor sc̄oꝝ pe
dū eī. Ubi ē os loquens ⁊ lingua con
sulens ⁊ sp̄c beneplacens d̄o suo. Quis
ñ planget ⁊ ululet. Fia q̄ querūt gl'ia
⁊ honore apd dn̄m. tamq̄ malefc̄ores
tdūnt in morte. Ve m q̄m illa hora
ītuitus sū coꝛ sc̄m sangine cruenta
tū. heu mi p̄r. mi magr̄ ⁊ doctor.
Numquid deus tali morte extitisti.
Nunc q̄ quo ibo te querere gl'a xp̄ia
noꝝ ⁊ laus fidelū. Quis ꝯtiascere

fecit uocē tuā fistula ecclie. ⁊ fistula
altisona. pulchꝛ pulpetū placitꝛ deo
cordi. Ecce in triuisti ad dn̄m tuū ⁊ dn̄m
q̄ desiderasti ⁊ toto affcū ꝯcupisti.
Ierlm ⁊ roma p̄ua amicicia eq̄les fc̄e
s̄ i malis. Ierlm crucifixit ⁊ dn̄m nr̄m
ih̄m xp̄m. roma uo ap̄lm ei interemit. Et
nunc fr̄ mi thymothee q̄s dilexisti ⁊
toto corde desiderasti. Saul dico regem ⁊
ionathā i uita sua nō s̄ sepata nec ī mor
te. ⁊ ē ñ sū sepatus a dn̄o magr̄o meo.
ñ cū sepauīt nos homines pessimi ⁊
iniq̄. Et sepatio hēc ñ erit sp̄atim q̄
cognoscat dilc̄us ē sine h̄ q̄ ei loq̄t
q̄ uē ab eo elongati s̄. Inditē aūt dolor
eectionis magna iacium eēt sepati
ab eis. h̄ dyonisius.

Nero aūt ipunitē ñ exciuit h̄ p̄h
scele ⁊ p̄aliis q̄ ꝯmis manu ꝓpia se
penuit. Quor scelum aliq̄ h̄ breuiter
inserami. Cū seneca magr̄ su. ut in
c̄stā hȳstō l. apocrifa legit ꝯdignū
sui laboris mercede sp̄aret uisus nero
ip̄m elige ī cui arboris ramo susp̄
dii affectaret. dicens q̄ h̄ laboris su
p̄mū ab eo receptiuus eēt. Cū aūt
seneca requiret unā h̄ mortis suppli
ciū minusq̄ acutū gladiū sr̄ eius
īnicē cerebro ubīq̄ fecs. Seneca ñ mi
ti capitis minatū cedebat gladio.
uehementer metuens prolixū mortis
pido. Cū nō aūt ꝯingit ut q̄ mi
ti capitis minanti gladio cedis.
Cū seneca kndit hō sum ⁊ iō me
tū ueor. ⁊ piuit moriar. Cū nō aūt.
Sic ad h̄ ē te medio ut p̄y mate
ꝯsueuit. q̄re te uiuente q̄ etc nō
poto uiue. Dixe seneca. Sime mo
ri necce ē. Salte ñ ꝯcede ut q̄ no
luo eligam gen̄ mortis. Cui nero.

festinus eligas, tum vero ne differas. Tunc Seneca balneo in aqua tepida intravit, brachio utroque minui fecit, et sic sanguis fluxu vitam finivit. Et sic quodam presagio Seneca nomen habuit quasi se necans, quia quodammodo licet coactus manu propria se necavit. Hic Seneca duos fratres habuisse legitur: unus fuit Iulius Gallio declamator, ambos egregius, qui manu propria se peremit; alius Mela pater Lucani poete, qui Lucanus malicione venarum ob iussum Neronis obiisse legitur. Rursus Nero nepharia mente ductus vesania, ut in ecclesiastica historia apocrifa legitur, matrem occidi et scindi iussit, ut videret qualiter in ventre eius fotus fuisset. Philosophi vero eum de matris morte arguentes per rationem dicebant: Iura negant, fas prohibet ut filius matrem necet, que ipsum cum tanto dolore peperit et cum tanto labore et sollicitudine nutrivit. Quibus Nero: Facite ut me puero impregnari et postea parere, ut quantus dolor matris mee fuit possim scire. Hanc in se voluntatem pariendi conceperat ex eo quod per urbem transiens quandam mulierem vociferantem parientem audierat. Dicunt ei: Non est possibile quod nature est contrarium, nec est facile quod rationi non est consentaneum. Dixit eis Nero: Nisi feceritis me puero impregnari et parere, omnes vos faciam crudeli morte interire. Tunc illi eum impocionantes ranam secrete occulte ad bibendum dederunt, et eam artificio in ventre eius excrescere fecerunt. Et subito venter eius nature quia non sustinens ita ut Nero se puero gravidum existimaret. Faciebantque sibi servare dietam qualem nutriende rane noverant convenire, dicentes quod propter conceptum talia eum observare oporteret. Tandem nimio dolore vexatus medicis ait: Accelerate tempus pariendi, quia longus pariendi vix habebo hanelitum respirandi. Tunc ipsum ad vomitum sibi pocionantes ranam visu terribilem, humoribus infectam et sanguine cruentatam evomuit. Respiciens quoque Nero partum suum ipsum abhorruit et mirabile adeo monstrum fuit. Dixerunt quod tam deformem fetum propterea tulit, ex eo quod tempus pariendi noluit expectare. Erat autem ut talis de matris egressus latibulis. Et illi tamen precepit ergo ut fetus suum nutriri in lapidum includeretur. Hoc autem in cronicis non legitur sed apocrifum est. De inmutatis qualiter et quantus fuit successio Troie, per septem dies et noctes Romam succendere fecit, quod excelsissima turri prospectans, letatus quoque flamme pulchritudine, tragedo habitu Helyadem decantabat. Hic sicut legitur in cronicis retibus aureis piscabatur, citharis intendebat ita ut omnes citharistas et tragedos superaret. Virum in uxorem duxit, ipse a viro ut uxor acceptus est, ut ait Orosius. Romani vero eius vesaniam ultra non ferentes, in eum impetum fecerunt et usque extra civitatem persecuti sunt. Qui videns quod evadere non posset, fustem dentibus morsibus exacuit et se per medium palo transfixit et tali morte vitam finivit. Alibi tamen legitur quod a lupis devoratus sit. Redeuntes igitur Romani ranam in testudine latentem invenerunt et ipsam extra civitatem pellentes combusserunt. Unde et pars illa civitatis, ut aliqui dicunt, ubi rana latitavit, Lateranis a latente rana nomen accepit.

De VII fratribus.

Septem fratres fuerunt filii beate Felicitatis, quorum nomina sunt: Ianuarius, Felix, Philippus, Silvanus, Alexander, Vitalis et Martialis. Hos omnes